



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**LEGVM PON||IFICIARVM GRE-||gorij noni, seu
Decretalium pentateu-||chus**

Mesnart, Martin

Parisiis, 1555

xliii. De custodia Eucharistiæ, Chrismatis, & aliorum Sacramentorum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63486](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-63486)

De pres. non bapt. & de cust. &c.

eruficassint, quasi in quinata, lauanto. Si quis fuit excommunicatione percussus ab omni officio & beneficio ecclesiastico deponitor.

De presbytero non baptisato. Tit. 43.

2. *Apo-* **P**RESBYTERVM, si in sanctae matris ecclesiasticam. **P**siæ fide, & nominis Christi exomologo perseverans etiam sine baptismatis vnde obiret, ab originis peccato solutum, & cœlestis patriæ gaudium indeptum credere pium esto. Pro eo in ecclesia iuges preces ac sacrificia deo optimo maxumo offerre liceto,

3. *Veniens* **Q**ui enim Christianis parentibus natus, & inter Christianos conuersatus erit, quasi baptisatus siet violenta hæc presumptio, donec contrarium euidentissimis argumentis probatum erit, pro veritate esto. **Q**ui verò ad ordines baptismi non suscepto promotus erit, post baptisatus per singulos ordines ad sacerdotium usque promouetur. quod, an factum siet, ambigetur, iteratum ne intellegitor.

1. *Si quis.* **I**taque statim ac quis presbyter ordinatus se non esse baptisatum deprehenderit, baptisator, sic iterum ordinator.

De Custodia Eucharistie, Chrismatis, & aliorum Sacramentorum. Tit. 44.

1. *Statui-* **I**N cunctis ecclesiis Chrisma, & Eucharistia sub fideli custodia clauibus adhibitis conseruantur. Is ad quem custodia spectabit, si ea incaute-

Lib. III. Tit. LV. & XLVI. 151

reliquerit, menses treis ab officio suspenditor. Si quid per eius incuriam nefandum inde cōtigerit: grauiori vltioni subiaceto.

Sed & clerici ecclesiā supellecū libus propriis 2. Relin-
alienisve ne exponūto, néve hæc in ipsis admit- qui.
tunto. Tantūm si hostileis incursus, incendiāve
repentina, aut alia necessitates vrgebunt: ad eas
refugium hoc habetor. Cessante quoque neces-
sitate res in loca pristina reportantor. Ecclesiæ
dei basilicæ sunt. Oratoria, ministerii vasæ,
corporalia, & vestimenta ministrorum, pallas
altaris clericī munda, nitida, habento, con-
seruant.

*De reliquiis, & veneratione san-
ctorum. Tit. 45.*

ANTIQUAE reliquiæ extra capsulam om- 2. Cum ex
nino ne ostenduntor, néve venales expo- eo.
nuntor, recēs inuentas, ni priùs authoritate Ro-
mani archiflaminis adprobatae erunt, nemo po-
blicè venerator. Prælati volgum ad eorum ec-
clesias venerationis ergo accendentem figmen-
tis, falsisve documentis decipi ne sinunt. Sic,
occasione quæstus ne quid fiat, cauento.

Nemo quoque aliquem pro diuo, et si per eū 1. Audi-
miracula fient, absque Romanæ ecclesiæ au- uimus.
thoritate venerator.

De obseruatione iejuniorum. Tit. 46.

OMNIVM apostolorum vigiliæ, præterquā 2 Consilii
Philippi & Iacobi, ac Ioannis Euangelistæ